No. BR302.S32
152Dy

THE TRVSTEES OF THE PVBLIC LIBRARY
LVX
OMNIVM CIVIVM
OF THE CITY OF BOSTON
1852 · 1878

FROM THE
ELIZABETH FUND

Lb 4° 95052

(Sasgerus.) C. Stuttmann

Lb. 53778.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Boston Public Library

http://www.archive.org/details/casparsasgervsmi00scha

CASPAR SAS

GERVS MINORITA DE CVLtu & ueneratione ſanctorum.

Acc. 77-677
no. 3

CASPAR SASGERVS MINORITA DE CVLTV ET VENERATIONE SANCTORVM.

SERVATOR noſter benedictus paſſioni proximus capitis impleturus officium pro membris patrẽ ſinceriſſimo exorauit affectu inquiẽs pater, ſancte ſerua eos per nomẽ tuũ. Sanctifica eos ꝑ ueritatẽ tuã, ut ſint & ipſi ſanctificati ꝑ ueritatem, ut omnes unũ ſint, ſicut tu pater in me & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint, ſicut & nos unum ſumus, ego in eis & tu in me ut ſint conſũmati in unum. In qua oratione (cũ exauditus ſit pro ſua reuerẽtia) ſũmum nobis impetrauit bonum. Vnitatẽ uidelicet diuinitatis ut ſimus diuinę naturę cõſortes. Eam unitatem per ſimilitudinem qua filius naturalis unum eſt cum patre. Quid beatius q̃ unum eſſe cũ deo? Proinde merito concinit propheta. Mihi adherere deo bonum eſt, nam qui adheret deo unus ſpiritus eſt, hoc unum eſt neceſſariũ ſaluatore inter martham & Mariam decernente. Operępretium igitur eſt hanc ſolertius indagare unitatem. Rimari quoque qui ex ea naſcantur fructus.

Ioan. 17

2 Petri. 1. Pſalmo. 71. 1 Cor. 6. Lucę. 10.

Quadruplicem in diuinis uoluminibus ſpeculamur unitatem chriſtum benedictũ concernentem. Prima eſt duarum naturarũ diuinę uidelicet & humanę in unam eius perſonam coeuntium. Hæc ſicut ſũma eſt, ſic duarum ſequentium eſt fũdamentũ. De qua ſanctus Ioãnes teſtat, uerbũ caro factum eſt. Secũda eſt ipſius ſecundũ carnẽ ad ſuam chariſſimam matrem ex qua originaliter totã ſuam corpulẽtam ſuſcepit ſubſtantiam, quod matris probat uirginitas, In qua ſũma notatur matris eius benedictę generoſitas. Ampliſſimaq; prę omnibus ſanctis dignificatio qua nec primam ſimilẽ uiſa eſt habere nec ſequentem, unde ſola ſine exemplo placuit uirgo hæc chriſto utius in eo ſibi maternitatis uẽdicet. Tertia eiuſdem ad eccleſiã ut ſuã in præſenti ſponſam & in æternitate uxorem, hæc eſt unitas capitis & corporis per uiri & mulieris matrimoniale contubernium præſignata apoſtolo interprete, miſterium hoc magnũ eſt, uerum hæc loquor de chriſto, & de eccleſia Caput eſt uxoris uir. Quarta eiuſdẽ ad naturam angelicam beatificatam, in ipſo enim habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, qui eſt caput omnis principatus, ac poteſtatis non modo in ratione influendi & regendi. Verum quoq; ſecũdum rationem merendi & mediandi, ut non gloriet aduerſus eum ulla intellectualis creatura quaſi ſine

Ioannis. 1.

Ephe. 5.

Colo. 2.

pſo aut eius adminiculo ſit glorificata.

INDAGO SECVNDA.

Ex prima unitate uerus deus dicitur & uerus hō ob perſonę unitatem per quam ideomatum fit communicatio ut quę dei ſunt, de chriſto hoīe uerſificēt in cōcreto. Et quę hominis de chriſto deo, ut uere & catholice chriſtus homo ecoli & terræ creator aſſeratur. Et chriſtus deus paſſus & mortuus. Per hanc chriſtus homo cultu latrię adoratur, abſq; deitatis iniuria, cui principaliter & per ſe hic cultus debet quia deo proprius. In quo immenſa dei erga hominē cōmendatur dignatio ut uni indiuiduorū ſuorum deo hypoſtatice adunato cultum impendi uelit deitati proprium ob perſonę benedictę unitatem. Per hanc deniq; ad dextram maieſtatis reſidet in excelſis tanto præſtantior factus angelis quanto excellentius p̄ illis ſortitus eſt nomē ut cœleſtis ei pater dicit filius meus es tu, ego genui te. Hebre. 1. Pſalmo. 2.

INDAGO TERTIA.

Secunda unitas ſicut ſtupenda gloria dei matrem amplificat. Sic miro mō corda noſtra exhilarat, per hāc em̄ mater noſtra eſt effecta. Per hāc tota eccleſia affinitatem ad beatiſſimam cōtrahit mariam. Siquidem cum ſponſa & uxor filij ſui ſit, erit & eius nurus uſitatoq; loquendi modo mariæ nuncupabitur filia. Multiplici itaq; iure eam nobis uēdicabimus. Tum quia dominum Ieſum chriſtum nobis genuit fratrē. Hebre. 2.

Psal. 21 Ipse enim non erubescit fratres nos uocare dicens, annũciabo nomẽ tuũ, fratrib⁹ meis. Tũ ob prælibatũ matrimonium inter ecclesiam (cius membra sumus) & filium suũ contractum. Tum ob testamentariam legationem in cruce a filio eius nobis in persona Ioannis factam. Mulier ecce filius tuus, Ioannes ecce mater tua. Vnde nõ imerito collũ sponsæ nũcupabit caput cũ corpore nectẽs, ut intelligamus nullos nos charismatũ influxus a capite christo, nisi per mariam suscepturos, per collũ nempe a capite sensũ corpus suscipit & motum. Sic hic ueritatem & gratiam, fidẽ & charitatem sicuti caput ipsum uidimus plenũ ueritate & gratia.

Iohan. 19.

Iohan. 1

CONSECTARIVM PRIMVM.

Igitur beatissima deipera maria tanta gloria super omnes electos sublimata, ut maternitatis tantæ sibi uendicet nomen. Caroq; sua in filio diuinitati sit cõiuncta, omni deuotione & reuerentia a fidelibus cũctis est complexanda, summoq; cultu qui puro sub deo supposito impendi potest (quem theologi hyperduliã uocant) excolenda, hoc siquidẽ filio suo charissimo placet ut honorificetur in matre, in cuius tipo Salomon thronum suæ matri iuxta thronum suum collocari præcepit. Et tali honore digna erit quam summus imperator sic honorare decreuit, ut omnes electi ei assurgant, & dignam impendant reuerentiam.

3. Regũ. 2

Igit uirgo glorioſiſſima chriſti dei & hominis ſecũ dum carnem mater naturalis. Et noſtra per adoptionis gratiam, iure eſt in neceſſitatibus noſtris a nobis imploranda. Eſt equidem dæmonibus inimicis noſtris capitalibus terribilis ut caſtrorum acies ordinata, Vtpote quæ caput antiqui contriuit ſerpentis. Genesis. 3.

Quę miſericordię ſuę ſinũ nulli claudit inuocãti. Cui rex ęterni regis filiꝰ dimidiũ regni ſui (miſericordiã uidelicet) cõmiſit. Altera parte (iuditio ſcilicet) ſibi reſeruata ut nõ ĩmerito ipſam ueneratẽs dicamus. Salue regina miſericordię. Quis enim filiorum ad matrem in tribulatione qualibet non recurrit. Degeneres filij ſunt qui reuerentiam tantę matri condignã, ſubducũt. Multo amplius maternis beneficijs extorres qui matrem hanc non implorandam decernunt quaſi in filij redundet iniuriam ſi imploretur mater Aut gloriæ zelotipia filius in matrem feratur quã regni ſui cõſortem fecit, ut ſit angelorũ domina & totius orbis imperatrix, potens imperare angelis ut cuſtodiant nos in oĩbus uijs noſtris. Vnde miro modo ſpiritus ſanctus & benedictus, omnes deuotos fideles (in quorum cordibus per gratiam habitat) in eius reuerentiam, deuotionem & amorem accẽdit, ut eam condigno uenerẽtur cultu. Ad eam ſicut ad piętiſſimã concurrant matrem, & grandi fiducia pijſſimum eius (in ſubſidium) pulſent animũ.

INDAGO QVARTA.

Quarta unitas ad corporis mistici facit cõplemẽtũ Et si namq; Christus homo secundũ naturæ cõformitatem hominum, solũmodo caput est, secũdũ diuinitatẽ tñ, Et in Natura humana supremã eminentiã quam comitatur sũma præsidentia iuxta illud eiusdẽ Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra Caput est omnium electorum, & angelorum & hominum, In quos omnes a diuinitate per eius benedictam humanitatem actus profluunt Hierarchici, unde confratres nostri sunt & conciues, ingenti nos cõplectentes amore & promptissima uolũtate nostris intẽdentes obsequijs ac necessitatib⁹ succurrẽtes. Sciunt equidem hoc diuinæ sapientiæ esse decretum, ut infima per media prouehãtur ad sũma. Vnde omnes sunt administratorij spiritus qui in ministerium mittuntur propter eos qui hæredes erunt salutis.

Math. ulti

Habre. 1.

CONSECTARIVM.

Igitur sancti angeli absq; honoris diuini derogatiõe possũt in sana fide a nobis uiatoribus implorari siue ad hostes propellendos siue ad quæcũq; incomoda euadenda. Ad bona quoque procuranda. Et generaliter ad quæq; nobis salubria prouidenda. Innumera enim a sanctis angelis dei ministris nobis præfectis, administrãtur nobis beneficia (In sana inquam fide) quæ fideles docet. Non eos deo sesse latria colẽdos sed ueri dei ministros ad omnes uoluntates suas cõ

plendas promptissimos. Vnde eadem fides omnem reuerentiam & præsidij implorationem eis impensã & ab ipsis expetitam, in deum finaliter decernit referendam. Hæc em̃ ipsis uti ministris dei, nõ ut talibus personis aut creaturis secundũ se consideratis impẽ duntur. Vt sic deus glorificetur in eis. Nimirũ a deo ad hoc sunt destinati. Nam & si deus omnia per se ipsum possit, nec ullius egeat adminiculo, Congruit tñ ut quæ creaturæ non transcendũt facultatem, creaturæ peragantur ministerio. Vt deus gloriosus reluceat non in seipso tantũ, Verum in omnibus quoq; operibus suis. Nec nõ in suis ministris. Et quo ad numerositatem quia in multitudine populi dignitas regis. Et quo ad potestatem, quia principes nũcupantur in diuinis scripturis. Prouer. 14.

INDAGO QVINTA.

Tertia unitas non est aggregationis solũ, sed & integritatis & ordinis, & sicuti est in corpore naturali ex multis compacto membris, In quo multa aggregata sunt membra quę tamen unum totum integrãt, & ordinem dignitatis & situs, Nec non potentiæ & influentiæ inter se habent. Alia nempe digniora sunt Paulo teste. Alia ignobiliora. Alia situ superiora. Alia inferiora. Alia influunt. Alia influxũ sensus & motus suscipiunt. Sicq; inuicem alia pro alijs solicitudinem gerunt membra. Et siue patitur unũ mẽbrum, compatiũtur omnia membra, siue glorificat 1 Corin. 14.

unum membrum, simul gaudent omnia membra.
Colo. 1. Subnectit Paulus. Vos autem estis corpus christi & membra ex parte. Hoc corpus est ecclesia christi omnes complectens electos absque loci temporis
Ephe. 5 aut qualitatis delectu, Ecclesia inquam de qua Paulus ad Ephesios. Viri diligite uxores uestras sicut & christus dilexit ecclesiam & semetipsum exposuit p ea ut illam sanctificaret mundatã lauacro aquæ per uerbum ut adhiberet eam sibi ipsi gloriosam ecclesiã nõ habentẽ maculam aut rugam aut quicq̃ eiusmodi, sed ut esset sancta & irreprehensibilis.

CONSECTARIVM PRIMVM.

Igitur eadem est ecclesia præcedentiũ, p̃sentiũ, & futurorum fidelium quia incipit ab Abel iusto, & ultimo electo in fine mundi nascituro claudetur. Ea
Iohan. 1. dem in oĩ loco orbis terrarũ fide fundata. Spe sursum acta & charitate compacta interprete Ioãne. Ihesus moriturus erat non tantum pro gente iudæorũ, sed ut filios dei qui erant dispersi cõgregaret in unũ. Eadem militantium in terra, luentium in purgatorio & triumphantium in cœlo. Eadem est mortalitatis contecta sacco in miseriis agens. Et immortalitatis stola decorata cœlestibus affluens delicijs. Hæc spũ sancto regitur, q proprius illius corporis christi misterici est spũs. Quo & conceptũ est sicuti corpus ei⁹ naturale cõceptũ de spũ sancto est. Quo foueẽ quoq; alitur, & ad perfectũ usq; prouehit, oĩbus & singulis

mẽbris ſenſũ ueræ ſapientiæ prę̃ſtans per fidẽ & motum erim torię operationis per charitatem.

CONSECTARIVM SECVNDVM.

Igitur oñia membra corporis chriſti miſtici dupliciter habent colligantiã, unam ad caput aliam inter ſe. Ex colligantia ad caput chriſtum, oẽs chriſti nobilitates generoſitates & excellentias participatiue ſuſcipiunt ueluti uxores a uiris, ut ſint filij dei, coheredes chriſti. Sacerdotes & reges. Ex colligantia ad inuicẽ ſingula mẽbra ſolicita eſſe debent pro oñibus et ſingulis. Nõ minus mẽbris naturalib⁹ in corpore naturali, Nõ obſtãte loci, tp̃is aut qualitatis ſiue ſtatus diuerſitate, Vnde mẽbra illius corporis in cœlis ſolicita eſſe debẽt pro mẽbris in terris. Et membra inmilitanti eccleſia pro membris, non dũ regnantibus ſed in purgatorio conſiſtentibus, cũ utrinq; cõmunicari poſſint & ualeant ſuffragia, Vt alter alteri⁹ onera portet & ſic legem charitatis impleat. Gal. 6

INDAGO SEXTA.

Quia autem a nonnullis in dubium reuocatur Anime electorum exutę corporibus nihil purgandũ ſecum deferẽtes cœlos conſcendãt perpetuo cũ chriſto regnaturæ, Cõmonſtrandum eſt eas uere cũ ipſo in gloria conſiſtere, Duplici uia. Autoritatis uidelicet & perſuaſionis. Autoritas ad hoc eſt ſaluatoris, p ſuo triſti diſceſſu diſcipulos demulcentis cum ait in domo patris mei manſiones multę ſunt. Quod ſi Ioannis. 14.

secus esset, dixissem uobis, Vado paraturus uobis locum. Et si abiero ad parandum uobis locum iterum ueniam & assumam uos ad meipsum, ut ubi sum ego & uos sitis. Et alubi. Si quis mihi ministrat me sequatur, & ubi ego sum illic & minister meus erit. Et alio in loco Pater quos dedisti mihi uolo ut ubi sū ego & illi sint mecum ut uideant gloriam meā quā dedisti mihi, Ad hoc persuasio prima sumitur ex collatione status noui testamenti ad statum ueteris. In ueteri testamento decedentes sufficienter purgati recipiebātur in requiem, utpote in sinum abrahæ ubi consolabantur. Vt saluator testatur de lazaro, qui uidelicet moriebantur in fide abrahæ. Hic sinus modo cœlum est empireum locus beatorum. Secunda ex cōtrario. Reprobi decedētes cum diuite epulone, sepeliūtur in īferno. Ergo electi purgati ab angelis sanctis reponuntur in cœlo. Nam deus nō est pronior ad condemnandū cp̄ ad beatificandū, quin ecōtra. Tertia ex efficatia redemptionis christi & sanctificationis p̄ omnibus nostris peccatis, peccata em̄ multorum idest electorum tulit. Abstulit & cirographū decreti quod cōtra nos erat affigēs illud cruci. Alio qui christus perfectus redemptor non esset. In hui⁹ signū latroni dextro in cruce legauit paradisum ipso die possidendum. Vnde redemptione consummata cœlū credentibus patefecit q̄d prior ipse intrauit numerosissima electorū caterua ipsum comitāte. Quar

Iohan. 12

Iohan. 17.

Lucę. 16.

Esaiæ. 53.

Colo. 2.

Lucæ 23

ta ex maxima dei ad ſanctos charitate qua non patitur eos purgatos & gloriæ capaces abeſſe a ſuo contubernio. Vnde Ioannes. Videte qualem charitatẽ dedit nobis paterut filij dei nominemur. Q; ſi filij & heredes. Heredes quidem dei, coheredes autem chriſti. Idem Ioannes alubi. Quotquot autem recepe runt eum dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Si poteſtatem acceperunt filios dei fieri, Et eſſe heredes regni, Conſequens eſt eos facultatem adeunde hereditatis omni ſubmoto obſtaculo accepiſſe. Vndę petrus ait. Precioſa nobis ac maxima promiſſa donata ſunt. Vt per hæc efficeremini diuinæ conſortes naturæ. Submoto dixi omni obſtaculo. Triplex em̃ obſiſtit debitum & a regni cohibet ingreſſu. Primũ peccati originalis quod chriſti morte eſt compenſatum. Secundum peccati actualis, hic aut in purgatorio expurgandũ, prout ex equo contra originalem diſtinguitur culpam in baptiſmo expiatam. Tertiũ eſt debitum mortis iuxta diuinum decretum. In quacũ cp die ex ligno ſcientię boni & mali comederis morte morieris. Vnde apoſtolus. Statutum eſt hominibus ſemel mori. Hijs retruſis repagulis nihil ingreſſui uidetur obſiſtere quo minus dilecti filij cõſpectui ſiſtantur ſũmi & chariſſimi patris. Qui charæ prolis ſuę expetit præſentiam. Cui nec in uia quidem abeſſe uoluit. Ipſo domino Ieſu pollicente. Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationẽ

Ioann. 3.
Roma. 8.
Ioann. 1.
2 Petri. 1.
Geneſis. 3.
Hebre. 9.
Matth. 28.

seculi. Quinto ex ardentissimo amore & desiderio purgatorū ad deum quo eū indefesse sitiūt dicentes cū propheta. Sitiuit anima mea ad deū fontē uiuum. Et alubi, heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et alio in loco, Renuit consolari anima mea memor fui dei, & delectatus sū, & exercitatus et defecit spūs meus, Quo ardore succēsus purgatissimus paulus aiebat, Mihi uita christus est & mori lucrū. Q; si cōtingat uiuere in carne ea res mihi fructus est opis et quid eligā ignoro. Coartor em̄ ex hijs duobus: desiderans dissolui & esse cū christo, Hic nō absolute dissolui desiderabat qđ et plerique re, pbi expetunt sibijpsis inijcientes laqueos. Sed ob christi obtinendū consortiū, Hoc electorum desideriū deus soluto uniuersę carnis debito complet. Vñ idē paulus ad corin. Scimus qp si terrenū nostrū domiciliū huius tabernaculi destructū fuerit ędificationē ex deo habem⁹ domiciliū non manufactū æternū in cœlis. Nā in hoc gemim⁹ domicilio nostro quod e cœlo est supindui desiderantes si tamē induti nō nudi reperiemur. Sexta ex remuneratione a christo repromissa nullibi non in diuinis taxata uoluminibus. Huius tempus est, præsentis uitæ consūmato cursu qui morte claditur. Vnde in aposto. dicitur. Audiui uocem de cœlo dicentem mihi, Scribe beati mortui qui in domino moriuntur, Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequunt

Psal. 41
psal. 119
Psal. 76
Philip. 1.
2. Cor. 5.
Apo. 14

illos. Et Beatus paul⁹ de seipso inqt Ipse iam immolor & tempus meę resolutionis instat. Certamen bonū certaui, cursū cōsūmaui, fidem seruaui. Quod supest repositа est mihi iustitiæ corona quam reddet mihi domin⁹ in illa die qui est iustus iudex. Non solū aūt mihi sed & omnibus qui diligunt aduētum ipsius Septima ex colligantia membrorū ad caput teste sal-uatore Vbicunque fuerit corpus illuc congregabunt & aquilæ. Iustum equidem est ut membra caput sequantur et ei indissolubili cohereant unitate. 2. Corint. 4

Math. 24

CONSECTARIVM.

Igitur Electorum animę corporibus exutę ab omni debito liberę, Et a cunctis repurgatæ inquinamentis, per diuinam gratiam deiformes effectæ, per sanctos angelos ad diuinum prę sentantur conspectum perpetua gloria laureandæ ut in cœlis gaudeāt cum christo quę eius in terra secutę sunt uestigia. Dictum est autem Ab omni debito liberæ. Status em̄ sūmę libertatis est. Cuius ciues ab omni debito & culpę & penæ sunt liberrimi ut cū agno regnēt & agn⁹ dei cū illis, Additum quoq; est, Et a cūctis repurgatæ inquinamentis. Nam non intrabit in Hierusalem cœlestē quippiā coinquinatū. Ceterū nulla lingua effari prævalet, Nec cor quidem cogitare Quanto gaudio, quāto sanctorū angelorū tripudio talis aīa ad thronū gloriæ ante mūdi constitutionē sibi præparatū rapit Apo. 21

Qz amorosissimis complexibus amodo non sponsa uerum uxor a marito christo susciputur, præcinget se, & faciet illam discumbere & transiens ministrabit illi, disponit enim ei sicut disposuit sibi regnū, ut edat & bibat super mensā suam in regno suo. Oculus nō uidit deus absq; te (ait propheta) quæ præparasti expectantibus te, occurristi letanti & facienti iustitiā Quæ uerba beatus Paulus transsumens inquit. Oculus non uidit & auris non audiuit & in cor hominis nō ascenderunt quæ pręparauit deus diligentib⁹ se.

Lucæ 12.
Lucæ. 22.
Esaiæ. 64.
1 Corin. 2.

INDAGO SEPTIMA.

Sancti in patria cum christo regnātes uidēt in beatissima diuinitate (tanq; in speculo clarissimo omnia & necessaria & contingentia perfectissime repræsentante) ea quæ nobiscum aguntur. Illa potissimū quæ eorum concernūt gloriam, & charitatem inter ipsos & nos fouent & inflammant. Declaratur, intellectus diuinus a nulla re extra se mouetur ad cognoscendū uti intellectus creatus angelicus uel humanus alio, qui uiuesceret. Omnia autem perseipsum & in seipso pfectissime cognoscit. Et necessaria quidē in sua sanctissima essentia representante infinita. Contingētia autem (quia a diuina sua sancta dependent uoluntate mere & plenarie) per hoc q; eadem uoluntas nō necessario (quia extra se nihil necessario operat̄) sed contingenter alteram contradictionis partem determinat in esse ponendam. Beatus itaq; deū sicuti est

uidens(teſte Ioãne uidebimus eum ſicuti eſt. Et beato paulo Cernimus nunc per ſpeculum in ęnigmate tunc aũt facie ad faciem) uidet in ipſo quicquid ex diuino decreto ad beatificam pertinet uiſionem. Quæ uiſio omnibus cõmunis eſt beatis, & denarius diurnus uinitoribus cunctis promiſſus. Porro contingentium notitia eorum uidelicet quæ circa nos agũtur ſecundũ diuerſas temporum differẽtias (cum nõ ſit ad beatiſſimam uiſionem neceſſaria) præſtatur ſecundum diuinæ uoluntatis beneplacitũ. Quæ ſi cuipiã non præſtetur, nõ minus beatus eſt. Probabile tamẽ eſt eam prę̃ſtari beatis. Si enim iuxta prophetã. Non facit dominus deus uerbum id eſt. aliquẽ contingentem effectum, Niſi reuelauerit ſecretũ ſuũ ad ſeruos ſuos prophetas. Multo amplius hoc reuelabit regni ſui conſortibus tanquã intimis & familiariſſimis ſuis ſecretarijs, ſiue præſentia fuerint ſiue futura.

1. Ioann. 3
1 Cor. 13.

Amos. 3.

CONSECTARIVM.

Igitur de⁹ benedictus ſanctis regni ſui participib⁹ noſtras reuelat & orationes et inuocationes quas ad eos ut dei optimi maximi amicos effundimus. Nam hoc ad eorum cedit gloriam, ꝙa nobis ut filij dei uenerantur in terris dicente propheta. Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus, per hoc inter nos et ipſos ut eiuſdem corporis membra familiaritas quædam contrahitur. Et inflãmatur charitas. Spes quoq; ad eorum perueniendi conſortium ſubleuatur. Quæ

Pſalm. 138.

omnia in fide geri certissimum est. Non obstat prophetę dictum, Abraham nesciuit nos & israel ignorauit nos, hoc enim pro tempore prophetæ dictum est quo patriarchæ in limbo detinebantur, priuati diuina uisione, Et per consequens notícia eorum quæ in uerbo cognoscuntur. Nunc autem secus.

Esa. 63.

INDAGO OCTAVA.

Sancti cũ christo regnantes in patria licite & meritorie possunt a nobis in uia constitẽtibus implorari in sincera fide ad duo beneficia in communi nobis impendenda. Tum ut pro nobis apud deum interdant sicuti ecclesia facit in letania per spiritum sanctum edocta. Tum ut nobis siue uisibiliter siue inuisibiliter adiutorium impendant. In sincera (adiectũ est) fide pro ut supra consectario indaginis quartę de angelis est declaratum. Hæc duabus persuadetur uijs, sumpta congruitate. Et ex parte dei & ex parte nostra. Ex parte dei argumentatio sumitur. Primo ex eius maiestate. Quanꝯ enim homini per christum redempto liber ad patrem pateat accessus, ut paulus testatur. Quia tñ homo multis obnoxi⁹ peccatis charitatis imperfectę (& per cõsequẽs imperfectę fidei et spei) uñ pusillanimis fit, Nõ audet corã diuina appare re maiestate, Vtpote in quo multũ supersit timoris seruilis. Ob id alicuius sancti tanꝯ dei sũmi amici expetit patrocinium, ut & ad deum pro ipso interce dat. Et secundum diuinum beneplacitum suffragiũ

Ro. 5
Ephe. 2.

impendat. Hæc diuinæ maiestatis reuerentia ad eius cedit gloriam. Sic Absolon patri reconciliatus bien nio faciem regis non uidit. Cuius pleniorem reconci liationem procurauit Ioab, fides quidem ausum præ stat per se accedendi ad deum. Verum ubi pusilla fi- des est, erit et pusilla ad deum fiducia, paruulus corã diuina maiestate comparendi animus. Secundo ex e ius potestate. Quæ per hoc elucet clarior q̃ mira & magna operatur. Non modo per seipsum uerum quoq; per amicos suos & ministros. Hæc p sanctos suos in mortali corpore consistentes magnalia effe- cit, quorum plerisq; magnis coruscauerunt miraculis per nomen eius patratis. Et benefica pietate in eos contulerunt beneficia qui eorum imploraue r e suffra gia. Sicut & apostolis ad prędicandum missis do mi nus potestatem dedit super omnia dæmonia & ut languores curarent. Nimirũ cũ incõparabiliter am- pliorem dederit eis potestatem, filios uidelicet dei fieri his qui credunt in eum. Quid miri si in cœlis cum christo regnantes mira circa nos operantur in terris, qui hæc potuerunt in carne nobiscum peregri- nantes.

2. Reg. 14.

Mat. 10
Mar. 3. 6 & 10

Ioan. 1.

Tertia Ex eius sũma sapientia & totius uniuersi gubernatione prouidentissima qua infima reducit ad sũmma per media. Attingit namque a fine usque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. Hæc angelico ministerio inferiora omnia disponit quod

Sapien. 8

pleriſq; in locis ſacra teſtat ſcriptura in utroq; inſtrumẽto ut ſupra ĩdagine quarta cũ ſuo cõſectario eſt ad notatũ. Cur aũt nõ & ſanctorũ triũphantiũ ad miniculo quibus a ſaluatore promiſſũ fuit q; erũt in cœlo ſicut angeli dei, Secundum quidem cõmune dei decretum hæc adminiſtrantur per angelos, Nõ reſtringitur tamen dei immenſa bonitas quin & p ſanctos ſuos, iam terrę principes & reges ab eo conſtitutos mira operetur in terris, Cur igitur non eorum implorare ſuffragia ſicut et angelorum ſanctorũ poſſumus quorum principatus nimis confortatus eſt, quos de principes conſtituit ſuper omnem terram.

Matth. 22.

Pſalm. 138.

Pſalmo. 44.

Quarto Ex ipſius immenſa bonitate quæ omnium bonorum cõmunicationem facit. Eſt enim ſuĩ ipſius diffuſiua. Nam cũ deus ſũmus ſeipſum nobis eximenſa bonitate præſtet, cur non & minora, cuiuſmõi eſt honor & ſuffragiũ impenſio poteſtate cœlitus accepta, præſtabit, ſicut. S. Paulus de chriſto argumentatur, Qui proprio filio ſuo non pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo fieri poteſt, ut nõ cũ eodem omnia nobis donet, Honorẽ hic excludo ſoli deo proprium & a nobis impẽdendũ, ut eſt honor latriæ, qualis non eſt qui a uiatoribus in fide beatis impẽditur. Quinto Ex dei maxima ad ſanctos ſuos charitate qua eos ſibi fecit amiciſſimos imo filios & regni cõſortes, ſicut in Apocalipſi deũ glorificando decantant, feciſti nos deo noſtro regnũ

Romano. 8.

Apo. 5.

& ſacerdotes & renabimus ſuper terram. Per quã cũ unũ facti cumg deo ſint, omnia quæ dei ſunt, creaturę cõmunicabilia ipſis participatiue cõmunicãt. Sexta ex unione perfecta uoluntatis beatorũ cum uoluntate diuina, qua quicquid deus uult ipſi uolũt. Et quicquid ipſi uolunt deus uult. Amicorum enim eſt idem uelle & nolle. uolũt autem ea quæ ad gloriam dei & noſtram ſalutem faciunt. Cuiuſmodi ſunt noſtris ſuccurrere neceſſitatib⁹, Et ſe in hĩs nobis exhibere Idoneos dei miniſtros & noſtrę ſalutis cooperatores. Vnde pro hĩs a nobis rogati uotis noſtris non deerunt, ex diuino beneplacito & uirtute diuinitus illis conceſſa. Ex parte deniq; noſtra perſuaſiones ſignantur Prima ex fide totius noſtræ ſalutis fundamento. Miro enim modo fides per hoc ædificatur de omnibus diuinis promiſſis quæ hocipſo in in eis teſtantur eſſe completa. Et hoc uehementer diuinam extollit ueritatem. Nam quod legim⁹ preciоſa nobis ac maxima promiſſa donata ut efficeremur diuinæ conſortes naturæ. Hoc in ipſis credimus cõpletum. Et generaliter omnes electorum excellentię per hoc fide ſtabiliuntur in nobis. Secundo noſtra ſubleuatur ſpes. Cũ enim fide hac ſanctorum, ſpeculamur gloriam, Miramur potẽtiam, benuolentiam amplectimur, inardeſcit animus & ad eorũ ſuſpicat gloriam quorum tanta referuntur magnalia. Et cum in lumine fidei uiam quaad hanc ꝓfecti ſũt regno 2 petri. 1.

scit, crucis uidelicet scalam, animatur ad eam baiulandam, conscendendã & amoris brachijs cõplexandã. Sciens q; quẽadmodũ particeps est afflictionũ christi & sanctorum, sic futurus sit & consolationis. 2. Cor. 1.

Tertio charitas inter eos & nos efferuescit quę munerum exaugetur fomentis. Si enim sancti dum in mortali degerẽt corpore mira ad omnes flagrabant charitate qua dulcissimo affectu ferebantur ad singulos, & non modo sua, sed & seipsos proximis impendenbant. Quomodo non magis in cœlo iam regnantes sinceriſſimo ad nos afficiuntur animo, cum eorum charitas non minuta per gloriam sit sed consummata, unde ingenti affectu profectum nostrum desiderant, & bona de nobis audire gestiunt, promptissimoq; ad nostram subuentionẽ sunt animo. Ad quos uice reciproca magna feruere debemus charitate. Et plena fiducia. Siue dei per eorum interuentum implorare gratiam. Siue ipsorum ex deo expetęre suffragia. Ea enim quæ nobis impendũt beneficia Ex ipso deo & per ipsum & in ipso hæc operantẽ, cui in hijs omnibus & ipsi & nos honorẽ et gloriam damus in secula seculorũ Amen.

Quarto nostra per hoc fouetur & proficit humilitas, quia nedũ deo uerũ q̃q; amicis eius nos subdim⁹ q̃s homines fuisse recognoscimus similes nobis passibiles. Et pro maiori parte infimæ cõditionis et fortunę ut apostolis (modo orbis terrarũ principibus) claret qui piscatoriã exercebant artẽ quibus nũc curuã,

tur imperia, unde paul⁹ ad corint. uidetis uocationē
ueſtrā fratres q̄ non multi ſapientes ſecundū carnē 1. Cor. 1
Nō multi potentes. Non multi claro genere nati, ue
rū quæ ſtulta erāt ſecundū mūdū delegit deus ut pu
deſaceret ſapientes, Et quæ erant imbecilla in mūdo
delegit deus ut pudeſaceret ea quæ ſunt robuſta, & q̄
ignobilia erant in mundo contemptaq̄ delegit de⁹
& ea quæ non erant ut ea quæ ſunt oblitteraret. En
hijs in cœlis nunc glorioſis, per ſuffragiorum implo
rationem & reges & principes et omnis chriſtianus
potentatus colla ſua ſubijciunt.

Quinto Corporis chriſti miſtici quod eſt eccleſia
per hoc cōpaginatur unitas aut cōpacta fortius ſtabi-
litur, Dum membra inter ſe contuberniū contrahūt
familiare prout ſupra eſt adnotatum, ut ſint pro in-
uicē ſolicita. Et diuites de ſua opulētia pauperū rele-
uent penurias. Et hij uiceuerſa gloriam et honorem
opulentiſſimis illis cœleſtis patrię incolis rependāt
Sumus enim & nos, Non hoſpites et aduenę quāq̄ Ephe. 2
in terra degentes, ſed conciues ſanctorū ac domeſtici
dei uñ cœlicolas iſtos recognoſcere debem⁹ noſtros
cōciues et eis ſecure noſtras pandere neceſſitates. Eq
dem omnes uiatores, Diuina pręditi gratia iura ciuili
tatis patrię cœleſtis obtinent. Verum non dū poſſeſ
ſionem adepti pro cuius obtentu adhuc militant, in
qua militia promptiſſimo nobis ſuffragāt affectu
quatinus celerius eorū compleam⁹ numerū. Sciētes

se sine nobis plene & perfecte consumari non posse
Apocalſ. 6. Nam datæ sunt illis singulę stolæ albę. Nec uestient
Hebre. ii. duplicibus donec uestiamur & nos. Eo qꝫ deus de
nobis melius quiddam prouidit ne sine nobis consu
marentur.

Sexta membrorum christi in terra degentium necessitas quæ releuari debet nō per caput modo, Verum per totum q̄qꝫ corpus & omnia ac singula eius com
1 Corin. 12. membra ut supra ex paulo cōmonstratum est. Vñ iure quodam & debito unitatis illius corporis christi mistici constringuntur ut de nobis, sancti in cœlo cogitent, Nobis bona exoptent, Et pro sui status qualitate nostras releuent penurias, Nostra abigant incommoda, Et bona nobis procurēt. Hæc enim est lex naturæ ut quodlibet membrum in corpore pro quolibet cōmembro sit solicitum quā status gloriæ uel miseriæ aut quęlibet conditio alia non relaxat. Quis etenim ambiget quando Paulus qui in mortali corpore degens omniū gerebat ecclesiarum solicitudinē modo quoqꝫ cum christo triumphans eandem sine anxietate gerat, cum ardentissima nunc ad saluādos omnes flagret charitate. Omni depulso dubio membra
2 Cor. 2. cum capite christo regnantia sūmopere eidem se cō formant qui in eandem sunt transformati imaginem Caput autem & suum & nostrū cernunt sūmam de nobis & pro nobis curam gerere ut patremfamilias uigilantissimum qui summo mane consurgit ad con

ducendum nos in uineam suam ut sint dei cooperatores ex charitate, ex necessitate in nostrę salutis procuratione qui olim eius fuere coadiutores. Prętera homo sine diuini honoris & gloriæ iniuria, mortalẽ inuocare potest hominem in sui auxilium. Cur non & sanctum in eodem casu, qui tanto efficatius manu porrigere potest adiutrices, quanto ampliori prædi-tus est potestate. Mat. 20.

INDAGO NONA.

Sanctorum cum christo in æternitate regnantiũ imploratio in nullo passu uel iota diuinæ contraria-tur scripturæ. Erit ergo pro scriptura diuina & secundum spiritũ & uitam diuinorum apicum, adstipulãte saluatore. Qui nõ est aduersum uos pro uobis est Et alubi. Qui non est mecum aduersũ me est. Et qui non colligit mecum spargit. Duplici etenim scriptura diuina est prædita uirtute, ut efficacissime & ueritatem cõmonstret & contrarios confutet errores, uñ quicquid per eandem non refutatur, uerum & bonũ censebitur. Cultus autem sanctorum (quem theologi duliam uocitant) in eorũ laudibus præconijs & imprecationibus consistens, a diuina nullatenus repudiatur scriptura. Ergo tanq; deo placitus, Sanctis honorificus, & nobis plurimum proficuꝰ, est a cunctis fidelibus uiatoribus deuote cõplexandus. Q; autem diuinæ non obuiet scripturę, obiectorũ demonstrandum est solutione. Obicitur aũt. Primo quasi profun- Lucæ. 9. Math. 12

Exo. 20. damẽto cultus ſanctorum euerſiuo, Illud exodi. Ego ſum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti de domo ſeruituris. Nõ habebis deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile neq; omnẽ ſimilitudinẽ quæ eſt in cœlo deſuper & quæ in terra deorſum. Nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorãbis ea neq; coles. In quibus uerbis cultus diuin⁹ uniuerſaliter prohibetur creaturis quibuſcũq; impendi, uel aliqua effigies aut ſimilitudo formari. Non ergo ſancti ſunt colendi. Nec eorum habendę imagines. Ad illius obiecti dilutionem. Duplex conſiderandus eſt cultus diuinus, unus internus, alius externus. Prim⁹ originalis eſt & principalis, & ob hoc in ſcriIohan. 4. ptura principaliter intentus, unde ſeruator ad ſamaritanã ait. Venit hora & nunc eſt quando ueri adoratores adorabunt patrem ſpiritu ac ueritate. Nam & pater tales quęrit qui adorent ipſum. Spiritus eſt deus & eos qui adorant eũ, ſpiritu ac ueritate oportet adorare. En uerus cultus quem pater quærit. Internus utiq;. Hic in ſpiritu fide ſpe & caritate exercetur, quæ tria ſuper omnia alia chariſmata cõmendat apoſto1 Cor. 13. lus. Per hæc ergo tria uerus internus cultus agitur. Porro hęc tria deum ſolũ pro principali habent obiecto. Nam in ipſum ſolum credimus ut apoſtolicum teſtatur ſimbolum. Credo in deum patrem. Credo in Ieſum chriſtum filium eius unicum. Credo in ſpiritum ſanctum. Pari ambulant paſſu ſpes & charitas

unde apostolus de spe inquit. In hoc & laboramus
& probris afficimur q̄ spem fixam habemus in deo 1 Thi. 4.
uiuente. Et de charitate seruator ait. Hoc est primum
& sūmum prēceptum. Diliges dominum deum tuū Math. 22
ex toto corde tuo. Et ex tota anima tua. Ex tota men-
te tua & ex omnibus uiribus tuis. taq̄ uerus intern⁹
& originalis cultus soli deo exhibendus est Crede-
re in sūmam ueritatem. Sperare & fiduciam habere
in sūmam maiestatem. Amare sūmam bonitatem su-
per omnia. Hæc est latria quæ nulli creaturæ est im-
pendenda. Per quam omnes uires spiritus in deū fe-
runtur sicut in primarium obiectū & sūmum bonū.
Hanc aut quippiam illorum creaturę impendere im
pietas est maxima & interna idolatria. Nam per hęc
tria soli deo datur hōnor et gloria in seculorum secu
la. Habent etenim deum primo loco in seipso consi-
deratū pro principali obiecto tanq̄ sūmū & infinitū
bonum. Consequenter secundo loco deum respiciūt
in operibus sibi proprijs. Cuiusmodi sūt, Creatio, Re-
dēptio, Saluatio et beatificatio q̄ principaliter et pro-
prie deo conueniunt secundum diuinitatem, unde fi
des deum secundū deitatem recognoscit creatorē &
redemptorē. Spes deum saluatorem, Caritas deum
beatificatorē et finalem quietatorē. Tertio loco crea
turas intime indissolubiliter et familiarissime deo cō
iunctas. Sicuti est humanitas christi deo in unitatem
personę coniuncta, uirgo beatissima et sancti cū deo

regnantes in patria in quas tria hæc dona per opera
ſua feruntur non in ſe conſideratas. Verum ut deo p̃
fato modo unitas, hoc pacto fides recognoſcit chri-
ſtum hominem ſuũ redẽptorẽ ut humanitas in redẽ
ptione inſtrumentũ fuit diuinitatis. Spes ſuũ ad pa
triã ductorẽ Caritas finalis quietationis ĩ patria, pcu
ratorẽ. Nõ diſpari mõ fides ad ſanctos fertur ut dei
ſũmi amicos, unũ uelle cũ ipſo habentes, apud ipſũ
potẽtiſſimos, ac p̃ hoc ſũme idoneos, pcuratores no
ſtros. Ex qua noticia erigitur ſpes per eos adipiſcen
di & malorũ dimotionem & bonorũ cõmunicatio
nem. Exardeſcit quoq; ad eos charitas tanquam deo
intimos imo deos, unus ſpiritus cum ipſo exiſtentes.
1. Cor. 6. Nam qui adheret deo unus ſpiritus eſt. Perpẽdis ex
hoc quomodo cultus diuinus internus ſecundũ pri-
mum & ſecũdũ modũ eſt deo proprius & creaturæ
incõmunicabilis. Secundũ autem tertium modũ cõ-
municabilis humanitati chriſti, uirgini glorioſæ &
ſanctis in patria. Differenter tñ ſicut & differenti mõ
uniuntur deo. Cernis nihilominus q̃ omnis cultus
cõmunicabilis, creaturæ impenſus, propter deũ ſibi
impẽditur, unde oñis talis principaliter & finaliter
in deũ refertur. Nulla ergo p̃ cultũ hũe ſanctorũ deo
fit iniuria, Nec quicquam honoris ſibi detrahitur, cũ
totum in ipſũ ſicut in fontale principium fundatur.
Porro externus cultus ad internũ eſt quadrand⁹ q̃a
in ſignis uerbis geſtibus & factis uerſatur, internum

cultum attestantibus. Habet ergo cultus internus so
li deo debitus, cultū quendam externum sibi pro
portionatū nulli nisi deo impendendum. Cuiusmo
di est sacrosanctum altaris sacrificium, quod aliud a
sacrificio cristi in cruce nō est, cū mera sit eius sacri
ficij recordatio. In hoc cultu fundatur omnis exterior
cultus qui celebratur in ecclesia. Solet & cultus incē
si & thuris soli deo exhiberi. Nam & in sanctorū so
lemnijs non ipsis sanctis thurificatur, sed deo in uene
rationem sanctorū. Habet nihilominus cultus inter
nus cōmunicabilis externum sanctis cōmunicabilē
sicuti est laus, gratiarum actio, Canticorum resonatio,
Oratio, Inuocatio, uotorū emissio & similia, qui san
ctis propter deū & in deo impēditur. Vñ principa
liter deo exhibetur, & illis ut unum cum deo existē
tib⁹. Claret ex hijs per talem cultum nihil diuinę de
trahi gloriæ. Quin deus benedictus glorificatur in
eis, uñ psalmista. Confitebor tibi domine in toto cor Psal. 109
de meo in concilio iustorum & congregatione. Et
paulus de se ait, Et glorificabāt in me deum.

Ad obiectionem accedendo, claret ex ipso textu pre
ceptum negatiuum, de sanctorum cultu intelligi non
posse. Et quidem de interiori cultu dicit, Non habe
bis deos alienos. Nam per deos hoc in loco non in
telliguntur dij participatiue quo mō saluator prophe Iohan. 10.
tas & sanctos ad qs sermo dei factus est uocat deos
allegans scripturam Ego dixi dij estis. Sed dij attri- Psal. 81.

bitiue cui uera tribuitur diuinitas, latria colẽda. Nã de uero latrię cultu præceptum intelligitur, uult em
Deut. 6. præceptum dei unitatem ostendere, unde ait deus p mosen. Audi israel dñs deus tuus unus est. Quod per adiectum notatur uerbũ. Alienos, prohibet ergo cultus latrię qui alieno a deo impẽditur. Non itaq; respicit sanctos quibus nec latria impenditur, Ne alieni a deo censentur, Quippe qui unum sunt cum eo. De exteriori cultu Subnectit. Non facies tibi sculptile neq; omnem similitudinem, ubi prohibetur imaginum formatio earum rerum uel fictionum quæ pro uero habẽtur uel colũtur deo, ut prohibito cultu idolatriæ interno, Externus etiam interdictus intelligatur, in talibus nempe imaginibus, ea colebant latria quæ pro ueris dijs habebant. Ex quo perspicuum est q; in nullo imagines respicit sanctorum. Sicut namq; sancti non habentur a fidelibus ut dij latria colendi sed ut ueri dei amici, Sic nec imagines eorum cultu latrię uenerantur, cum omnis cultus imaginibus impensus, ad prothotipum referatur. Sancti ergo in suis imaginibus dulia uenerantur non latria, Imagines uero memorialia quædã ipsorum sunt, Vt per eas in ipsos excitemur & reducamur sanctos, ad fidei spei & charitatis executionem, fidem enim promouent dum deum in ipsis contemplamur, ueraciſſimum in promiſſis, fideliſſimum in præſidijs, Operoſiſſi-

mum in meritis, Opulentissimum in remunerationi bus, potentissimũ in mirabilibus operibus &c. Spẽ surſum agunt ad deſideratiſſimum diuinitatis contu bernium quo eos frui perpetuo, non ambigimus. Caritatem inflãmant. Ardentes enim carbones ſunt & uiui, in quorum actionibus & paſſionibus non ni ſi incendia flagrabant amoris diuini, Armant præ terea ad criſti & ipſorum ſectanda ueſtigia. Vt imi tari non pigeat quos colere delectat. Non ergo ipſo rum abolendę ſunt imagines. Non dehoneſtandæ, Hæc ſiquidem iniuria in ipſos tranſfunditur ſanctos, uerius in ipſum ſanctum ſanctorum qui et mirabilis et amabilis in eis relucet. Membra nobiliſſima chri ſti capitis ſunt, unde quicquid ſiue laudis ſiue uitupe rij ipſis irrogat, criſto impẽditur. Eo teſtante. Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, Et ad Pau lum, Saule quid me perſequeris. Deus itaq; ſolus ut ſũmum bonum eſt colendus. Nec in hoc, contuber nium cuiuſquã patitur. Coanguſtatum ſiquidem eſt cordis ſtratum ita ut alter decidat, et pallium breue utrumq; operire non poteſt. Mat. 25. Actu. 9. Eſaia. 28.

Opponitur ſecundo contra ſanctorum inuocatio nem illud Eſa. Ego dominus deus tuus ſanctus iſrael ſaluator tuus ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Pſalmiſta inqt. Inuoca me in die tri bulationis eruam te, et honorificabis me. Alubi, Hij in curribus & hij in equis, Nos autem in nomine Eſa. 43. Pſalmo. 49. Pſalm. 19.

dei noſtri inuocabimus. Sapiens. Omni uita tua di
Eccle .13. lige deum & inuoca illum in ſalute tua. Ieremias. In
Ieremi.29. uocabitis me & uiuetis,& orabitis me et ego exaudi
2 Para.20. am uos,& quęretis me & inuenietis. Et Ioſophat ait.
Cū ignoremus q̄d agere debeamus,hoc ſolū reſidui
Actu.4. habemus,ut oculos noſtros ad te dirigamus. Petr⁹
q̄q̄ inquit. Non aliud nomen eſt ſub cœlo datū inter
homines in quo oporteat nos ſaluos fieri, ſcilicet no
Deut.32. men Iheſu chriſti. Ex quibus omnibus ſimilibuſq̄ di
uinę ſcripturæ teſtimonijs colligitur,q̄ ſicut deus ſo
lus & nō alius extra eū uerus eſt deus qui occidit &
uiuere facit, Sic ſolus eſt inuocādus,utpote a quo bo
na cuncta procedunt. Et per quem a malis oīibus
liberamur. Qui ſaluat & peccata delet. Qui in tribu
latione eruit, Salutemq̄ & uitam præſtat.
Ad hæc dicendum. Omnia noſtra deſideria conſide
ratione cōmuni ad duo tēdunt. Ad malorum uideli
cet dimotionem. Et bonorum adeptionem. Porro
mala quæ nos premunt, Quędam a ſolo deo depel
lenda creduntur,ut eſt malum culpę cum ſuis affe-
ctis. Quædā creata uirtute dimoueri poſſunt ut tem-
poralia incōmoda & nonnullę ægritudines. Conſo
na quadratura bona quædam a ſolo deo expectantur
dicente propheta, gratiam & gloriam dabit domi
nus,quę,omnia implicant ad ſalutem animę neceſſa
Pſal.33. ria. Quædam per creaturam impendi poſſunt. Itaq̄
primi generis mala & bona ab alio q̄ a deo principa

liter agente diluenda & obtinenda expetere Idolatriæ est crimen, quia alteri q̄ deo uero omnipotentia adscribitur. Adminiculatiue tamen pro hijs obtinēdis intercessorē & ꝓcuratorē exquirere apud deū cū ex fide ꝓcedat, gloriam dei nō oppugnat. Cęterū pro malis euadendis & bonis obtinēdis secundi generis (cum creatam non transcēdant uirtutem) a creatura suffragium expetere diuinæ non obuiat gloriæ. Nec eius contrariatur uolūtati. Qui uirtutem ad hoc dedit, præceptumq̄ charitatis adiecit, ut alter alteri⁹ onera portet, alter alteri succurrat. Modo in fide fiat quæ omnia finaliter in gloriam dei reducit. Hoc modo temporalibus incomodis pressus, ad amicum recurrit. In firmitate uexatus cōsulit medicum eiusq̄ ſplorat suffragiū. Qui curatus gr̄iam deo principaliť refert, secūdario phisicum eius in hocipso ministrū honorat iuxta sapientis dictum, honora medicum propter necessitatem etenim illum creauit altissim⁹ A deo enim est omnis medela. Ad propositum accedendo, Credere sanctos in patria regnantes posse peccata diluere. Ab æterna morte redimere. Diuina conferre charismata, operari miracula soli diuinæ uirtuti propria ut est mortuorum suscitatio & similia deo soli attributa. Et hoc uirtute ipsorum propria est plane errare. Et pro hijs hoc modo ipsos inuocare est impie agere et blasphemiam cōmittere. Credere tamen ipsos ad hæc obtinenda idoneos esse ad

Gal. 6

Eccle. 38.

uocatos & patronos utpote dei amiciſſimos quos nihil negans honorat. Qui noſtras ſciant & uelint re leuare neceſſitates. Qui cõmembra noſtra ſe in corpore chriſti recognoſcunt. Qui a præcepto charitatis proximi exempti ſunt minime. Verum in illo ſunt ſtatu in quo perfecte impletur, hæc inquam credere eos apud deum & poſſe & uelle & ex hac fide eos in præſidium implorare non reluctatur maieſtati diuinæ. Quin uerius diuinæ complacet uoluntati quæ in noſtræ ſalutis procuratione cooperatores habere decreuit, Sicut & in uia cum per ſe omnia poſſit ſine miniſtris tamẽ ſuis nos ad conſũmationem non ad-
2. Cor. 3 ducit, Vnde paulus ait. Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, Porro ad ea quæ ipſi poſſunt ex uoluntate dei nobis impendere beneficia obtinenda liberior in charitate nobis ad eos patet accceſſus, pro quibus crebrius ad amicos recurrimus. Nam ipſi promptiſſimo nobis ſuffragantur animo annuente deo cui in mutua cõplacet charitate. Tertio opponi-
Pſal 75 Eſa. 19 tur loco contra uota ſanctis facta; per illud pſalmiſte, uouete & reddite domino deo ueſtro. Et Eſaię uota uouebunt domino & ſoluent. Ex quibus infertur domino uouendum non ſanctis.

Reſponſio uotum generali deſcriptione eſt promiſſio deo facta ad aliquid agendum uel nonagendum offerendum aut obſequium impendẽdum, impenditur aũt aliquid deo duobus modis uno mõ im

mediate nullo ad quippiam reſpectu habito. Alio modo mediante alio per quod in deum refertur. In quo & per quod deus principaliter inſpicitur & intenditur. Porro nihil refert. Si quis domino offerat, per ſeipſum an per alium mediatorem quem gratū credit. Et per quem acceptius munus ſuum ſperet. Vouens igitur ſancto ut dei amico unum cum ipſo deo effecto, Ad hoc ut ſua interuētione uotum gratius reddat & impletionis gratiam uouēti impetret cum per hoc principaliter & finaliter deum intēdat & ſanctum tantūmodo mediatorem recognoſcat. Non poteſt impius cultor iudicari. Cūm uotum tale ex fide non ficta, Spe finaliter in deum protenſa, Et charitate fraterna (qua flagrat ad ſanctum ut fœlix cum ipſo cōmembrum) ſit emiſſum, In quibus uerus dei conſiſtit cultus Probabile uero eſt omnes fideles uota ad ſanctos emittentes hac pura ferri intentione etiam ſi liquide non intelligant, Habent enim intentionem per hoc placendi deo & ſancto, in qua intentione generali præfata explicatio includitur. Vnde monaſtici uouentes deo & ſancto patrono non referunt uotum ad patronum, Ac ſi deus ſe ſolo nolit acceptare uotum, Aut non poſſit iuuare. Tale enim nō procederet ex uera fide, Sed ut ſanctum ſuum recognoſcant patronum, & in uoti proſecutione cooperatorem ſentiant fidelem, ad quem in uoti emiſſione deuotionem geſſere ſpecialem. Nec per hoc tale uo-

tum magis censent obligatorium. Cum omnis uoti obligatio a diuina pendeat uoluntate. Extrarium ergo est quicquid de nō habendo plures deos, De nō impendendo cultu diuino alteri ꝙ deo uero, De nō uouendo cuipiam nisi deo, de nullo alio præter deū Inuocando aduehitur.

Quarto obsistere euangelica uidentur dicta ex uerbis saluatoris desumpta, qui ad patrem dirigit nos in nostris orationib⁹. & hoc per se ut mediatorem, uñ de se ait. Ego sum uia ueritas & uita, Nemo uenit ad patrem nisi per me. Ego sum ostium, per me siquis introierit saluabitur, De patre q̄q̄ dicit. Amen amen dico uobis quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis, petite & accipietis. Et discipulos docēs orare ait. Sic orabitis pater noster qui es in cœlis &c. In quibus omnibus cristus solum patrem petendum docuit. Non autem docet uel iubet sanctos inuocare. Sed nec matrem quidem suam, Vnde implorare sanctos uidetur procedere ex diffidentia paternæ pietatis. Aut dubietate de cristi promissis, Aut de suæ interuentionis sufficientia cum dicat Ioānes. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrē Iheſum christum iustum. Et paulus, Christus in ipsū cœlum ingressus est ut appareat nunc cōspectui dei pro nobis. Quæ omnia impietatis & infidelitatis sunt, Ergo contra scripturam diuinā est orare sanctos. Et contra dei & sanctorum beneplacitum. Præterea

Ioann. 14
Ioan. 10.
Ioan. 16
Mat. 6
1. Ioan. 2
Heb. 9.

in ueteri instrumento nullibi legimus inuocatos sanctos.

Ad hæc eneruanda & saluatoris dicta sane intelligenda. Cõtemplemur dominum saluatorem nostrũ caput omnium esse electorum qui corpus eius sunt Sicq; unum caput & corpus (ut & supra est deductum) ut mira inter eos geratur cõmunio. Per quam unitatem, Primo omnis alietas excluditur ut honor & reuerentia sanctis impensa, non sit alia a reuerentia capitis cum tota in gloriam eius redundet. Secundo ut intercessio sanctorum pro nobis deo patri oblata, merito & gratificationi capitis innitatur, Per christum enim omnes deo sunt charissimi, ut & hæc nõ censeuralia a capitis interuentione. Ex uoluntate em̃ christi hominis & eius apud patrẽ acceptatione, pro cõmembris suis egentibus orant. Voluntas nempe christi capitis est, ut omnia sua membra & inter se & ad caput cohereant, & glutino charitatis sint compaginata. Quã & pater cœlestis approbat, propter quã & sanctos quoq; in uirtute capitis orantes exaudit. Tertio, Et si esse aduocatum apud patrem, & apparere conspectui dei pro nobis, principaliter conueniat christo capiti, sicut & esse mediatorem dei & hominum, Cõmunicatur nihilominus & hoc sanctis. Nimirũ cum & fidelibus communicetur uiatoribus unde Sanctus Iacobus ait, orate pro inuicem ut saluemini. Et oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia Iaco. 5 Actu. 12.

Rom. 15. ad deum pro petro. Sanctus quoq; paulus petit pro se orationes fieri ad deum Scribens romanis. Obsecro uos fratres per dominū nostrum Iheſum chriſtū & per dilectionem ſpūs ut me laborantem adiuuetis precationibus ueſtris ꝓ me ad deū ut liberer ab
2 Theſſa. 3. incredulis in iudæa. Et hoc pro malo euadendo, pro bono obtinendo & malo excutiendo. Theſſalonicēſibus ſcribit. Orate fratres pro nobis ut ſermo domini currat & glorificet ſicut apud uos, & ut eripiamur ab abſurdis ac peruerſis hominibus. En ſanctus paulus uas electionis perfectiſſimus euangelij obſeruator, Non ſolū patrem orauit cœleſtē per Iheſum chriſtum uerū q̄q; per mēbra eius, Nondū in cœlis triūphantia ſed in terra militantia ut interuenirent ꝓ eo.
Rom. 8. Præterea ignorauit ne Paulus orationē dominicam ut ad romanos ſcribat. Siquidem hoc ipſū quid oraturi ſimus, ut oportet non nouimus uerum ipſe ſpiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Nū quid Paulus diffiſus eſt, De æterni patris pietate. Aut dubitauit de chriſti promiſſione uel ſuæ interuentionis ſufficientia, homines mortales adhibens interuentores. Quin cogitauit beneplacitum dei ut membra corporis mutuo fulciantur preſidio. Et hoc ipſo ad mutuum excitentur amorem, Quod additur In ueteri teſtamento non inueniri inuocatos ſanctos
Iob. 42. Nonne deus tribus amicis Iob (contra quos iratus fuit) indulgere uolens, ipſos ad ſanctum ſeruum ſuū

Iob misit ut eius peterent interuentum quod & fecit, Q, autem non sūt inuocati sancti mortui ut abraham isaac &c. Ratio fuit quia nōdū cū deo regnabāt et inuocationes tales ignorassent utpote qui sedebāt in tenebris & umbra mortis. Abrahā nesciuit nos (ait propheta) & israel ignorauit nos, Igitur non diffidentiæ aut dubietatis est signum. Aut insufficientiæ interuentoris christi. Nec contra scripturam sacram. Quin scripturæ consonum inuocare sanctos, Non est implorandus christus ut pro nobis intercessor existat: quia dicit. Et non dico uobis q̄ ego rogaturus sim patrem pro uobis, Ipse em̄ pater amat uos quia uos me amastis: habet itaque fidelis triplicem uiam orandi patrem ex diuinis scripturis. Primam plena fidutia accedendo ad patrem iuxta uerba modo recitata. Ipse em̄ pater amat uos. Quo modo oramus dicentes orationem dominicam. Secundam per mediatorem christum de qua ait. In illo die sub nomine meo petetis. Quem modum cōmuniter tenet ecclesia orando per dominū nostrum Ihesum christū Tertiam per membra christi capitis siue in cœlis regnantia siue in terris degentia, Quam uniuersalis tenet ecclesia in letania cui⁹ usus (quia a spiritu sancto regit) magnę est autoritatis, quę cuiq̄ fideli deuoto eius membro debere t sufficere, etiam si omnes aliæ deficerent probationes.

Esa. 42.

Esa. 63.

Ioan. 16.

Ioan. 16.

Pro quibus implorandi ſint ſancti ſcrutantibus nobis, Primum nobis animæ ſalus occurrit. Salus autem noſtra in fide ſpe & charitate cõſiſtit, quibus habitis deo gloriam tribuimus & nobis acquirim⁹ pacem. Eam utiq; quæ exuperat omnem ſenſum, et exultat in cordibus noſtris, unde primum pro bono animæ eſt orandum. Quo poſtergato, Nulla ipſis erit grata oratio, Exauditiq; digna, præmiſſo uero illo, Noſtras quoq; temporales & corporales non dedignabuntur neceſſitates. Generaliter ergo pro omnibus neceſſitatibus pro quibus deus debite inuocatur, Et ipſi tanquã boni cooperatores dei ac noſtri procuratores ſunt interpellandi. Sed Quid ſi per errorem quis ſit ſanctorum cathalogo adſcriptus cui⁹ anima ardeat cum beelzebub in inferno, Ipſe tamen a uiatore imploretur. Reſponſio, imploratio ſanctorum in lumine celebratur fidei, Quæ in talibus contingentibus ad credendum ſimpliciter non neceſſarijs, nõ fertur ad id pręciſe quod ſit aut eſt, Sed quod eſſe creditur. Inuocãs itaq; quempiam quem credit dei amicum ſiue uiator ſit, ſiue carne exutus, comprehenſor credatur. Ex intentione principaliter fertur in deum, Et in Iheſum chriſtum ut præcipuum mediatorem, In illum quoq; ut eius membrũ uiuũ, in quo tertio ſi deludit quia ignorãtia eſt inuincibilis. Nihi lominus chriſtum habet mediatorem, Et cœleſtem

Phi. 4. C. 1. 3.

patrem exauditorem. Simile quippiam in sacramento altaris potest contingere si hostia adoretur non consecrata. Nam adorans in fide non errat. Dictat enim sibi adorandum nō precise quod ibi est, sed qđ creditur ibi esse omnibus rite peractis, fertur equidē in christum quem credit ibi esse præfata inuincibili laborans ignorantia, unde non est idolatra.

CONSectarium omnium prædictorū.

Igitur cum electi carne soluti plene purgati cum christo regnent in cœlis, Cognoscantq; ipsi uerbo æterno reuelante necessitates nostras, uota quoq; ac suspiria quæ ad ipsos effundimus gementes, Ardentissima nihilominus erga nos flagrent caritate, Nulli ambiguitati locus est, quin nobis eorum præsidia implorātibus succurrere & possint & uelint. Cum uideant diuini hoc esse beneplaciti, atq; ad dei gloriā, Ipsorum reuerentiam, Et nostram hoc cedere salutē, ut per ipsorum patrocinium sit deo in excelsis gloria & in terra pax inter omnes sanctos. Summe extollēda est glorioſissima uirgo dei mater maria omni laude dignissima, quæ quanto sublimior residet tanto humilius & benignius ad nos prospicit, promptissimo affectu suum cunctis gestiens impendere patrocinium, utpote quę ad hoc se agnoscit electam, ut per eam salutem consequamur æternam. Hanc clarissimam dominam secuntur eiq; obsequuntur sancti patriarchæ, prophetæ, Apostoli, euangelistę, Martires

cõfessores, uirgines, uiduę, innumerabiles deniq; de albatorũ cuneus. Omnes ingenti amore nos complectentes, celeremq; aduentum nostrum ad suum consortium expetentes, Ob id q̃q; ad suffragia nobis impendenda alacres & promptissimi.

CONCLVSIO.

Igitur implorandi a nobis sunt sancti omnes & in nostrum adiutorium deuotis aduocandi precibus ut ipsorum tum meritis tum intercessionibus tum suffragijs prospera nobis proueniant cuncta. Condignus ipsis rependatur honor. Et deus super omnia glorificetur. Qui est benedictus in secula Amẽ.